

2 DE ORTHOGRAPHIA

Quomodo dividuntur Literæ?

In Vocales & Consonantes.

Quot sunt Vocales?

*Quinq; sunt simplices Latina: a, e, i, o, u,
& una Græca y.*

*Et quinq; compositæ seu Diphthongi: æ, œ,
au, ei & eu.*

Quot sunt Consonantes?

*Septendecim, nimirum reliquæ literæ omnes,
præter Vocales : b c d f g h k l m n p q r s t
x z.*

*Nota I & V sæpè fiunt Consonantes, quoties in Latinis
dictionibus syllabam inchoant sequente Vocali, & ita scri-
buntur : j, v : ut, juvo.*

Quomodo dividuntur Consonantes?

In Simples & Duplices.

Quot sunt Simples?

*Tredecim, ex quibus novem dicuntur Mu-
tæ: b c d f g k p q t. Quatuor Semivocales
seu Liquidæ: l m n r.*

Quot sunt Duplices?

*Tres: x z & j posita inter duas Vocales: ut,
ajo, cujus, rejicio, rejecto.*

H est lenis Consonans.

S est litera Singularis.

Distin.